

Band V., Nr. 1355, Seite 122-123

Bischof Eberhard von Konstanz beurkundet, dass der Pleban von Otterswang ein unter den Gütern des Klosters Baindt seiner Kirche zustehendes Gütchen in Itzlingsberg gegen ein anderes zu Otterswang, welches das Kloster zugleich mit einem Gute in Reichertshaus von dem edlen Ritter Ulrich von Gundelfingen um seines und seiner Eltern Seelenheils willen erhalten hatte, mit dem Kloster vertauscht hat.

Ohne Ortsangabe, 1255. September 6.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Eberhardus, divina permissione Constantiensis episcopus, noticiam subscriptorum. Ea que geruntur in tempore, ut post decursum temporis perseverent, scripturarum solent iudiciis perennari. Eapropter noverint universi, quod, dum vir nobilis Ulrichus miles de Gundelungen predium suum in Richelinshausen et aliud prediolum in Otelswanc, quod annuatim quatuor maltra frumenti et sex solidos denariorum reddit, heredibus suis presentibus et eidem consentientibus in hoc facto monasterio in Bunde pro animarum sue et parentum suorum remedio et salute libere contulisset pleno iure pacifice et absolute perpetuo possidenda, quia plebanus de Otelswanc . . . quoddam aliud prediolum in Yzilinsberch¹ habebat inter bona monasterii antedicti ecclesie sue in Otelswanc pertinens omni iure, quod supradicto prediolo in Otelswanc in redditibus equipollet, de consilio bonorum virorum accedente consilio et consensu predicti nobilis patroni ecclesie prenotate concambium iniit cum reverendis in Christo . . . abbatisa et conventu monasterii prenotati^a inspecto utrimque utilitate et profectu tam monasterii quam ecclesie antedictae ad arbitrium discretorum virorum et ordinationem, quos partes ad hoc elegerant et utiles reputabant, tradens totum ius suum, quod ipse et ecclesia sua iam dicta in suo prediolo Yzilinsberch habebant^b, prefatis abbatisse et conventui et per eas suo monasterio antedicto et recipiens ab eisdem omne ius, quod ipse ac suum monasterium in prediolo memorato in Otelswanc habebant iure perpetuo sine contradictione qualibet libere possidendum.

 Actum anno domini M^o. CC^o. LV., VIII^o. idus Septembris, presentibus subnotatis videlicet: H. de Augia minore

^aDiese beiden Worte sind über der Zeile eingeschrieben.

^bDieses Wort ist nachträglich über die Zeile geschrieben.

¹ *Yzilinsberch*=Itzlingsberg. Der Ort ist nicht identifiziert. Auf dem Rücken der Urkunde wird das Gütlein von neuerer Hand Hitzlingsberg geschrieben. An einen Zusammenhang mit Hetzisweiler, Eberhardzell, BC wird kaum zudenken sein.

II

et B. de Soreth prepositis, fratre O. provisore Augie, . . viceplebano de Marthdorf, . . plebano de Bvnde, R. milite de Bvchaugia, O. de Marthorf et aliis quam pluribus. Nos ad preces partium in testimonium et munimen omnium premissorum presens exinde conscribi fecimus instrumentum et sigilli nostri munimine cum sigillis predictorum Vl. nobilis et . . plebani de Otelswanc fecimus roborari.

—

Der Textabdruck folgt dem Original auf liniertem Pergament.

 Nur noch die Pergamentstreifen für die beiden, ehemals an der Urkunde befestigten Siegel sind durch die Urkunde geschlungen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

Signatur/Titel des Originals:

WoBai U L

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im Besitz der Salm-Reifferscheidt-Dyck'schen Gutsherrschaft in Baintd.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Eberhard II.; Bischof von Konstanz

Ortsindex:

Bad Buchau Wohnplatz (17062)
 Bad Buchau, BC
 Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Baintd Wohnplatz (19193)
 Baintd, RV
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hetzisweiler Wohnplatz (17200)
 Hetzisweiler, Eberhardzell, BC
 Itzlinsberg
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Otterswang Wohnplatz (17084)
 Otterswang, Bad Schussenried, BC
 Reichertshaus Wohnplatz (18874)
 Reichertshaus, Bad Waldsee, RV
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV